

das, in templo eas texuisse. Domunculas, inquit, luci quidam esse putant velamenta quædam, ex quibus tabernacula fierent, in quibus meretrices fœmine aut patrici pueri suam celerent ab omnium oculis impudentiam. Neque enim, credo, ita omnes, qui in lucis scortabantur, pudorem profligarunt, ut istam turpitudinem, maxime que esset a mascula libidine, in omnium oculis inverecunde defigerent &c. Neque ab his domunculis longe aberant funiculi illi, quibus sua lustra vallabant puella Babylonie ad eandem negotiationem & questum. Hæc mihi magis probabilia, sed fortasse domuncula illa ex arborum frondibus atque ramis texebantur, quales sibi ab obvia materia construunt, qui in sylvis agunt, locisque nemorosis, ut species saltem lucorum apparet in adumbrato luco, quem in templo formarat Judæorum inanis & stulta religio.

§. II. Ceterum quis non videt cum sibi non constare: cum paulo ante dixit, de lucis tractans, fuisse in iisdem excitata altaria & immolatis victimis & ventri præstito desiderio libidini etiam vacasse pessimæ; jam vero in cit. asserit. adhibita fuisse hæc tentoria, ut objectis iis oculi averterentur adventantium: verum si in lucis hi exercebantur actus, qui arborum ramis ita obscuri ac opaci, ut solis radii non tenebras propellerent, in quem finem velamenta hæc? & si domunculæ hæc cum lustris Babylonie congruerent; quæ in omnium oculis & viis erant posita; quomodo inter arbores condensas? genus etiam texture minus convenit cum significatione v. אֲשֵׁרָה, quæ in textu, quæ texturam singulari cum arte factam notat; qualis olim usurpata fuit in conrexendis vestibus Pontificis & sacerdotum; quæ sane tanta fuit, ut omnium oculos in se converteret, inque admirationem raperet; ut constaret magnam esse illius majestatem, in cujus cultu occupati sint hi cincti tam artificiosis vestimentis. Nec alia censenda est, quam quæ aranearum, quæ procul dubio ab אֲשֵׁרָה אֲרָנָה dicta est, telam imitetur; quæ adeo subtilis ac artificiosa est, ut nulla ars exacte eam exprimat; quo factum, ut Minervam, qua hominum industria ingeniose adumbratur, ab ea victam esse fabulati fuerint, Conf. BRAUN, de vestit. Sacerdot. Hebr. L. I. c. 16. Deinde etiam

etiam